Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26682
Copyright: Admont, Benediktinerstift



120

humiliati sunt sub manu eorum
sepe liberauit eos. Ipsi autem exacer
bauerunt eum in consilio suo et humi
liati sunt iniquitatibus suis. Et vidit
cum tribularentur et audiuit orationem
eorum. Et memor fuit testamenti
sui et penituit eum secundum multi
tudinem miserationum suarum. Et dedit eos
in misericordias in conspectu omnium qui tenue
rant eos. Saluos fac nos domine
deus noster et congrega nos de
nationibus. Ut confitemur nomini sancto
tuo et gloriemur in laude tua. Be
nedictus dominus deus israhel a seculo
in seculum et dicet omnis populus fiat fiat.
Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius. Qui
mundauit quos redempti sunt a domino quos re
demit de manu inimici et de regi
onibus congregauit eos. A solis
ortu et occasu ab aquilone et
mari. Erraverunt in solitudine in
deserto viam ciuitatis habitaculi
non inuenerunt. Esurientes et sitien
tes anima eorum in ipsis defecit. Et